



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

SS. Nazarivs Et Celsvs MM. 28. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

28. IUL. *Vita Sanctorum.* 411
reperi thesauri dedit. Hic ille apud
Procos: ad Decium provocare, qui utiq;
nosset adhuc, quem heri unà cum fra-
tribus, quòd CHRISTO militarent,
balteo spoliasset. Obstupuit ad hæc ur-
bis Antistes, & MALCHVM ad mon-
tem secutus è ruderibus æneas lami-
nas, cum his rem omnem in lucē pro-
fert. Adest ipse Imp. Theodosius, quo
spectante beati juvenes eodē loco lon-
gius jam dormituri oculos morte clau-
serunt: sed cum sic mortuis etiam hæ-
resis est mortua. *Ex variis apud Rade-
rum in Aula S.*

SS. NAZARIUS ET CELSVS MM.

28. Iulii.

HOs etiam flosculos barbarus Nero-
nis gladius demessuit. Sed tamen
fangvine suo rigati vivunt illi etiam-
num in manibus tuis. Utinam & odo-
rem virtutis sentias. Audi saltem. Spi-
næ rosam esse proximam ajunt, id
quod NAZARIUS probat ex Iu-
dæo patre sed matre Christianâ geni-
tus. Anceps diu in utrius religionem
pedibus iret, demonstravit tandē plus
matris se bibisse, fontiq; sacro admo-
tus à Lino Pont, Mediolanum abiit.
Ibi non multo tempore patrimonium
omne in egenos effudit, cumq; victis
pro Christo animū faceret, mercedem
nobilem magnique martyribus asti-

D d 2 matam

matam fustuarium accepit. Sub hac monitus à defunctâ matre in Gallias contendit. Hic à nobili matronâ nobilissimum puerulum C E L S V M accipit inter bonas artes educandum. Quantum, Superi! Indoles pulchra dicit probo Magistro usa. Neronis imperio ad tribunal uterque raptatur. Dubito an Magistrum, an discipulum plus laudem. Ille pedum calcibus affligitur, nec tamen sibi, sed animulo suo CELSO timet. Hic virgis atrocè in modum cæditur, nec tamen sibi, imò oculo suo Magistro NAZARIO ingemiscit. Mox uterque illatam Christo injuriam in Diis ulciscuntur, rectiusque hos humili affligunt. Mari deinde velut prato ambulantes vidisses. Mitto cætera. NAZARIUS cervicem gladio præbuit. Idem C E L S V S fecit, tantillus discipulus Magistro tanto non impar. *Ex Lippeloo.*

S. O L A V S M A R T. 29. Iulii.

SI ulli magnatum profuit alienas terras lustrare, O L A O profuit Norwegiæ Regi. Fortè Angliæ regnum hospes intravit, cum oculis, non ut hodie fit, ad curiositatem abusus, inter peregrina decora Fidè nostram aspexit. Placuit; ac proin Rothomagi postea sacris undis ablutus alius in regnū suum rediit, aula comites permultos. Episcopos & fidei